

DE CALCVLIS
LAPIS IN TVMORE
sub lingua concretus.

III.



TOrgæ in aula principis electo-
ris Iohannis Friderici vera laude
Religionis illustrissimi, tibicen e-
rat, quo buccinatore nonnunquam
princeps utebatur, in eo studio cum
ingenio nec sine industria versatus, Iohannem Steidelium vocabant. Huic
tuberculum sub lingua surgit duriu-
sculum & diuturnû, sed doloris pror-
sus expers: quod ipse & quos consu-
lebat, ex flatu vehementi sic intumu-
isse opinabantur. Sed cum paulatim
accresceret, & buccinanti impedimẽ
to esse cœpisset, à chirurgis consilium
petit, qui malagmatibus foris appositis,
intus